



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

15. An si quis sub fine anni, quo expirat Cruciata, incipiat confiteri, & quia non potest ob iustas causas confessionem finire, & absolutionem obtinere, possit Confessarius, transacto anno, virtute ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

non guadagneranno la detta Bolla, ne le gratie di quella.]

## RESOL. XI.

An si aliquis sumat pro amico Bullam Cruciatæ, & scribat in ea eius nomen, possit talis eam non exceptare, si d nomen suum tollere, & illam alteri applicare? Ex p. 3. tract. addit. Ref. 24.

Quæ hic est Ref. antecedens, in §. eius 1.

§. 1. **P**ro affirmatiua sententia part. 1. tract. 11. resolution. 93. adduxi Villalobos, cui nunc addo Egidium Trullench in Bull. Cruc. lib. 1. §. 1. dub. 2. num. 6. vbi sic ait: Si habens Bullam non eam sibi acceptam, seu applicauit potest eam in alium gratis, seu data stipe transferre, vel eam Commissarius recuperare. Ita Rodriguez, §. 12. num. 17. & Henriquez lib. 7. cap. 8. num. 1. litt. B. cap. 20. num. 5. litt. H. Vnde si iam acceperam Bullam, & parentes aut amici mittant ad me aliam, vel aliam, quas nomine meo acceperant, licet tunc mihi has Bullas, quibus non indigeo, sub stipe in alios transferre. Ratio est, quia quamdiu non acceptam, applicatio est in pendenti, atque ita licet eam in alium transferri etiam data stipe: talis enim censetur animus Pontificis & Regis, scilicet ut nemo sit grauandus ut retineat nisi unam Bullam sibi opportunam, quare reliquis si aliis confert accepta stipe, reuera illis proderunt. Quod procedit, quamuis in Bulla ad me tran. missa sit nomen meum appositum: nam per nominis appositionem per errorem factam, sine propria acceptatione Bulla non fit mea, & adhuc manet in pendenti. Vnde poterit mutato nomine ante acceptationem in alium transferri. Nec mutare nomen ab alio scriptum ex culpa, quia hoc potius est corrigere, siue emendare id quod ex ignorantia alterius factum est, ut docet Nauarr. capite 22. num. 62. in fin. Et ratio est, quia ista Bulla non sunt litteræ Apostolicæ, sed transumpta litterarum Apostolicarum. Ita ille. Vide etiam Rodriguez in Bull. §. 12. num. 17. & Henriquez lib. 7. cap. 8. n. 1. in gloss. lit. B. & cap. 20. n. 5. in gloss. lit. H.

## RESOL. XII.

An valeat Bulla sumpta ex pecuniis ablatis, fivatis, & quid, si meretrices illam sumant? Ex part. 1. tract. 11. Ref. 101.

§. 1. **A**ffirmatiuè videtur respondere Rodriguez in Bull. §. 1. in addit. dub. 7. sed libenter cum ipso concurro quoad meretricem, quæ de quaestu turpi elemosynam dat pro Bulla: quia hæc, licet turpiter faciat peccando; non tamen turpiter recipit quaesitum, ut communiter sentiunt Doctores. Secus autem de illo, qui ex pecuniis ablatis sumit Bullam: quia talis sumptio Bullæ nihil valet, cum Summus Pontifex vult hanc elemosynam soluendam esse de propriis bonis, & facultatibus: sed pecunia ablata non est de propriis bonis: ergo, &c. Et ita de fure, & de meretrice sentiunt Acoſta in Bull. Cœn. quaest. 12. & Vega in summ. tom. 1. cap. 43. cas. 7. & Nugnus in 3. part. tom. 2. tract. de Bulla.

## RESOL. XIII.

An si elapso anno Bulla non promulgetur, sed paulo post promulganda erit, possit quis intra illud tempus frui privilegio prime Bullæ? Ex p. 1. tr. 11. Ref. 91.

Sup. hoc cursum inf.

§. 1. **R**espondet Rodriguez negatiuè in Bulla, §. 5. num. 2.

2. Sed affirmatiuam sententiam docet Henriquez in lib. 7. cap. 20. num. 2. vbi sic ait: [Si elapso anno, & paucis diebus, non promulgetur secunda Bulla (quam constat paulo post promulgandam) fructus quis prima Bulla ex pia interpretatione Pontificis, & commissarij; quia annus vnus computatur more Ecclesiastico à prima vsque ad secundam promulgationem circiter.] Ita ille satis probabiliter; qui in Glossa littera O, restatur, ita etiam docuisse multos Iurisperitos, & Theologos Salmanticenses; & nouissime docet etiam hanc sententiam contra Rodriguez, Villalobos in sum. tom. 1. tract. 27. claus. 4. num. 8. & 9. Sanc. in select. disp. 55. per totam.

## RESOL. XIV.

An si ante elapsum annum promulgetur secunda Bulla, possit quis vti privilegio prime Bullæ, donec transactus annus non obstante publicatione alterius Bullæ? Ex p. 1. tr. 11. Ref. 93.

§. 1. **N**egatiuè respondet Gomez in explic. claus. 5. num. 1. & Villalobos in sum. tom. 1. tract. 17. claus. 4. n. 11.

2. Sed contrariam sententiam probabiliter docet Rodriguez in Bull. §. 5. num. 2. vbi ait: Durante el año, vale la Bula, y ningun Comisario la puede suspender. Y assi antes, que se acabe el año de la publicación, es contra la voluntad de su Santidad, y de su Magestad, que se predique otra Bula, y que se suspenda la passada. Por tanto los Rectores, y Curas queriendola predicar en sus lugares, antes de acabado el año de la publicación, pidan a los Comisarios, que declaren en pulpito, que no se acaba el año de la publicación de la Bula passada, sino tal dia. Ita ille: & Vega in sum. tom. 1. cap. 43. cas. 10. quod pro praxi est valde notandum, & idèd nouissime hanc sententiam docet Sanchez in selectis, disp. 55. n. 4.

## RESOL. XV.

An si quis sub fine anni, quo expirat Cruciatæ, incipiat confiteri, & quia non potest ob iustas causas confessionem finire, & absolutionem obtinere, possit Confessarius, transacto anno, virtute præcedentis Bullæ illam absolvere?

Ex quo inferitur, quod si aliquis haberet licentiam audiendi confessiones ante acceptam? Ex part. 1. tract. 11. Ref. 94.

§. 1. **P**vat Henric. loquens de Iubileo, lib. 7. cap. 11. n. 3. debere Confessarium in tali casu absolvere penitentem à reſeruat, & postea audire reliqua peccata tempore opportuno.

2. Sed ego puto absolutè, quòd si confessio incipit tempore habili, intra terminum, scilicet, anni publicationis Bullæ, potest Confessarius de cætero audire totam penitentis Confessionem, & illum postea è reſeruat, & censuris absolvere. Et probabiliter docet Ledesma in sum. tom. 1. tract. de Sac. Confes. cap. 12. concl. 5. dub. 2. & Sanchez in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 11. n. 5. Quòd si aliquis haberet licentiam audiendi Confessiones ad tempus, posset eo transacto prosequi Confessionem antè acceptam.

3. Et idèd in terminis nostræ Bullæ hanc sententiam docet Rodriguez §. 5. num. 2. Villalobos in sum. ma tract. 27. claus. 4. num. 12. Acoſta in Bull. quaest. 36. & alij.

4. Vnde optimè docuit idem Sanchez, vbi supra

in summa tom. 1. lib. 4. cap. 54. num. 34. etiam si tempus Bullæ Cruciatæ transeat post Confessarium conce-  
ditur tunc tempus penitentiæ, vt recordetur de voto,  
quod sic censuisset, sed est immemor speciei; & postea,  
quod etiam anno Bullæ, illud commutare: quia  
nulla fuit incepta tempore inhabili. Vnde etiam  
Causa fuit incepta Commissarij, ac ministrorum  
Causa durat, quovisque omnes causa incepta  
conuenienter ad utilitatem & iurisdictionem Crucia-  
tæ durat, proindeque regalia præfatis ministris  
conceduntur, quando illi occupati fuerint in negotiis  
Causa in suo robore permanent. Et ita notauit  
Huetus quasi 100.

RESOL. XVI.

Prærogatiua Bullæ Cruciatæ sint fauorabilia, & am-  
plianda? Ex p. 1. tr. 11. Ref. 98.

Negatiuè respondet Sanchez de matrim. tom. 3.  
lib. 8. disp. 2. num. 7. idè putat esse strictè in-  
terdum.  
Sed contrarium puto asserendum esse cum Sua-  
rez de relig. tom. 2. lib. 6. c. 16. n. 3. qui testatur multos vi-  
ros doctos nostri temporis xa sensisse. Idem etiam do-  
ctus Raphael de la Torre in 2. 2. tom. 2. q. 88. art. 1. disp.  
2. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 27. in tit. num. 7.  
Hernandez lib. 6. cap. 16. num. 3. & lib. 7. cap. 10. nu-  
mero 4. & alij: quia huiusmodi prærogatiua sunt bene-  
ficij Principis, sine alicuius præiudicio; sunt opus  
liberalitatis, clementiæ, charitatis, &c. Ergo sunt fa-  
uorabiles, & amplianda. Deinde, tales facultates  
conceduntur immediatè ad pleniorè absolutionem  
faciendam, quæ quoad hanc partem est fauorabilis.  
Et eadem ordinantur non ad bonum priuatum, sed  
ad publicum totius Ecclesiæ, ad fubueniendum publi-  
cæ eius necessitati. Ergo, &c. Et idem dicendum est  
de libello.

RESOL. XVII.

An per Bullam Cruciatæ Confessor approbatus ab ordina-  
rio in vna Diocesi, possit in alia in Confessorem sine no-  
uæ Ordinarij loci approbatione eligi, siue ille Ordina-  
rius sit Episcopus originis, siue beneficij, siue domici-  
lij, & siue sit Episcopus penitentis, siue Confessarij?  
Item dicendum est de tempore Iubilei.  
Et an sub nomine Ordinarij non intelligantur, nec inclu-  
dantur Abbates, vel Prælatus Religionis, seu Episco-  
pus Titularis? Ex p. 1. tract. 11. Ref. 7.

Negatiuè respondet Layman in Theol. moral.  
lib. 5. tract. 6. c. 11. n. 8. Villalob. in sum. tom. 1.  
q. 10. num. 3. Beja p. 4. cas. 20. Zerola in praxi pen.  
lib. 8. Valquez in 3. p. tom. 4. q. 93. art. 3. dub. 4. num. 3.  
Lopez de Iubileo p. 2. q. 9. n. 19. Campanili in diuer. iur.  
concord. 1. 2. c. 13. num. 77. Acosta in Bullam Cruciatæ,  
q. 8. per tot. Gurtierrez in 99. canonicis, lib. 1. cap. 27.  
num. 5. & alij.  
Sed contrariam sententiam probabilem etiam  
est illico, cum Henriq. lib. 3. de Penit. cap. 6. num. 7.  
in Glof. lit. A. & lib. 7. de Indulg. c. 12. n. 4. quem po-  
test aduersariis alijs, sequitur Valerius in diff. vtriusque fori,  
lib. 1. diff. 1. n. 7. & seq. qui doctè, & fusè probat  
hanc sententiam.  
Dico igitur: Quisquis per Bullam Cruciatæ,  
& idem dicendum est de tempore Iubilei) potest in  
Confessarium eligere quemcumque approbatum à suo  
Ordinario Episcopo, siue ille Episcopus sit originis,  
Tom. IV.

siue beneficij, siue domicilij & siue sit Episcopus peni-  
tentis, siue Confessarij, quia Bulla non requirit aliud,  
nisi quòd Confessarius sit approbatus ab Ordinario;  
sed, qui in aliquo loco est ad aliquo Ordinario appro-  
batus, verè dicitur approbatus ab Ordinario: et ideo per  
Bullam vbique erit eligibilis.

4. Et hanc opinionem docet etiam Fay, in disp. de  
penit. in addit. ad 3. p. q. 8. a. 5. disp. 3. concl. 4. Llamas in  
sem. p. 1. c. 6. §. 6. Portel. in dub. regul. ver. Confess. regul.  
cuiusque presentatio, n. 4. Ledel. in sum. tom. 1. tract. de Sacr.  
Penit. c. 13. dub. 7. Fernand. in exam. Theol. mor. p. 1. c. 9.  
§. 8. n. 4. & 5. Nugnus in 3. p. tom. 1. quasi. 8. art. 5. dub. 9.  
Coninch de Sacr. disput. 8. dub. 7. num. 53. Regin. in  
praxi, tom. 1. lib. 6. c. 16. q. 4. n. 188. Ioan. de la Cruz in  
dir. et conse. p. 2. tract. de pen. q. 5. dub. 9. conc. 2. & Filliuc.  
tom. 1. tr. 7. c. 9. n. 262, & ita docuisse testatur Henriq. vbi  
suprà, Archiepiscopum Blanco S. Iacobi, & Guer-  
rero Granatensem, qui Concilio adfuerunt eum Magi-  
stris Mancio, Gallo, Guevara & Medina, & alijs Magi-  
stris Religionum Diui Dominici, Francisci, & Augu-  
stini, cum Theologis, & Iuristis Salmanticensibus.

5. Ad quandam verò responcionem Cardinalium,  
quam asserunt Doctores contrariæ sententiæ, respon-  
detur, de illa authenticè non constare: immò Valerius,  
& Suarez afferunt pro nostra sententia alias Cardina-  
lium Declarationes. Notandum est verò, quòd sub no-  
mine Ordinarij non includuntur Abbates vel Prælati  
Religionis, seu Episcopus titularis; & idè Confes-  
sarij à supradictis approbati non possunt eligi per Bul-  
lam, vt notat Nugnus vbi suprà.

RESOL. XVIII.

An per Bullam Cruciatæ possit quis eligere in confessa-  
rium habentem beneficium Curatum?  
Et an hoc etiam procedat quoad illos tantum, qui actus  
beneficium Parochiale retinent, non autem si habue-  
runt, sed renunciarunt?  
Et an sub nomine beneficij Parochialis includantur supe-  
riora beneficia, vt Abbates, Archiepiscopi, & huius-  
modi habentes curam animarum, & iurisdictionem  
in hoc foro? Ex p. 1. tract. 11. Ref. 8.

§. 1. Non posse, docuit Nugnus in addit. ad 3. part.  
tom. 1. quasi. 8. art. 5. dub. 9. in fin. & Gurtierrez  
in 99. canon. lib. 1. c. 27. n. 21. quia in Bulla solum Ponti-  
fex facit mentionem de Confessario approbato ab  
Ordinario, & ne verbum quidem de illo, qui obrinet  
beneficium parochiale.

2. At, his minimè obstantibus communiter con-  
trarium docent DD. vt Valer. in diff. vtriusque fori, verb.  
absol. diff. 1. n. 16. qui citat Blanco Archiepisc. Compos-  
tellanum, & multos Magistros Salmanticenses cum  
Vivaldo. Idem docuit Villalobos in sum. tom. 1. tract. 9.  
dub. 56. n. 4. Homobon. in exam. Eccles. p. 1. tract. 5. cap. 3.  
q. 15. Syluius in addit. ad 3. q. 8. art. 5. dub. 6. conc. 1. Sua-  
rez in 3. p. tom. 4. disp. 18. sect. 4. n. 18. Reginald. tom. 1.  
lib. 1. cap. 16. q. 3. num. 189. Cruz vbi suprà: Fagundez  
de Præcept. Eccles. tract. 2. lib. 7. cap. 2. num. 35. Filliuc.  
tom. 1. tract. 7. cap. 9. num. 257. cum alijs. Ea ratio est;  
quia per Concilium Trident. talis absolute approbatur  
nec Concilium exprimit, vt ab hoc, vel illo Episcopo  
reputetur idoneus: est igitur talis vbique proximè ca-  
pax iurisdictionis, si aliunde conferatur ab eo, qui po-  
test delegare vel mediante Bulla, vel simili prærogatiua  
eligendi Confessorem.

3. Ad argumentum verò Nugni respondeo, quòd  
licet in Bulla efficiatur tantum mentio de Confessario  
ab Ordinario approbato; tamen, quod dicitur de vno  
æquiparatorum debet dici de alio ex reg. iuris, & qua  
per Glof. in l. si quis seruum C. de furtis, & in cap. si  
postquam

Sup. h. de inf.  
in tract. 4. ex  
Ref. 2. lege  
doctrina 5.  
Sed quid-  
quid. & in  
tom. 1. tr. 3. in  
fine Ref. 13.  
& in tom. 3.  
tr. 1. Ref. 39.  
§. Septimus  
casus, cur-  
sum ad lin. 6.